



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata**

In Qvatvor Tomos Distincta

In quo Dauidis Regis ac Prophetæ, aliorumque sacrorum Vatum Psalmi; ex  
Hebraica veritate in Latinum carmen obseruantissimè conuersi

**Arias Montano, Benito**

**Antverpiæ, 1589**

Ad Vatem Davidem Elegiacum Carmen.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44993**

Ergo tu numeros comes  
 Ac voces fidibus funde loquacibus,  
 Nunquam gravior aut mihi  
 Ante, aut muneribus commodior tuis.

## A D V A T E M D A V I D E M

Elegiacum Carmen.

**I**lesiade mens alma Deo pastoris amata  
 Esse tui in numero me sine, queso, gregis.  
 Namque ego iam primis laudes meditatus ab annis  
 Diuinastenui carmine composui.  
 Sed mihi non vanum memini dixisse magistrum,  
 Nil fore par numeris carminibusq; tuis.  
 Ille erat excultus vates, castusq; sacerdos,  
 Ad sacra tempora idem dux mihi sepe fuit.  
 Carmina & ipse sacra hunc recinentem sepe videbam,  
 Et stupui, Psalmos dum canit ille tuos.  
 Semper grata, noua ac semper, mirandaq; dicta  
 Sunt tua visa mihi, sunt repetita licet.  
 Libera Romanis numeris, pede libera quamuis,  
 Mirabar versus pondera ferre sui.  
 Hac ego ut excipiam melius collata, profani  
 Vulgi conspectus & populum fugio.  
 Abdor & in siluis, nemorose ac rupis in antris  
 Scire auido sedes hac mihi amica fuit.  
 Hic sensi turbis hominum strepituq; remotus,  
 Quam tua Iesiades carmina dulce sonent.  
 Vatibus hac Graeci vidi ac prestare Latinis,  
 Quantum nocturnis ignibus alma dies.  
 Allite attente sensi diuina ferentem  
 Comoda, ut humanum viceris ingenium:  
 Utq; pedes numeriq; modos ac dulcia iungas  
 Dignaq; suscepitis verba ministra tuis.  
 O viuam, dixi, referentem carmina vatem  
 Audiat hac noster me, prober atque chorus.  
 Ergo age, meq; tuo cupidum paten imbue sensu,  
 Esse iube & certum me tibi discipulum.

Bis

Dicitus monte sedens, que proxima culmina calo,  
Dum dicenda vides, ipse tenere soles?  
Flumine quo sitiens, largo quo fonte bibebas.  
Ut flueres pura voce canorus olor?  
Num tenuit Tabor meditantem, aut arduus Hermon?  
Constrictis Sanirnum tenuitue feris?  
An fragrans Galand, letis Carmelus & hortis?  
Antibi cantatus, cultus & ille Sion?  
Num te & aquis aestate amplis recreauit Iardens?  
Et lacus, à cithara cui bene nomen inest?  
Susppirata tibi an putei sacra lymphha paterni,  
Et fusa ante altum te metuente Deum?  
Nam certum est quocumque feras; & adire periculum,  
Atque tenere tuas, te praenunte, vias.  
An tibi nullus aquae dederat liquor, acris aut vis?  
Tam pulcris vati carminibus fluere?  
Sed magis ahereis delapsus spiritus oris  
Inuasit pectus corripuitq; tuum.  
Cernere & hic maiora dedit, quam lumina possint  
Humanæ ex altis nobilibusq; iugis.  
Nulla ut lingua licet nitidis purissima lymphis  
Par fluat eloquio, quod dedit ille, tuo.  
SPIRITVS ILLE ubiq; manet, fit nobilis aura  
Erumpunt fontes exaturaniis aqua.  
Illi me cupidum; quoniam tu gratus amaris,  
Et curare vales; conciliare stude.  
Non ego quid poscam, te plusquam dicere magnum,  
Ponere & arcanis dicta aliena tuis.  
Sat mihi, satq; meis fuerit, dum te sequor usque,  
Signa tenere tui non temerata pedis:  
Comminus atque tuas dum certior haurio voces,  
Legitima attenta reddere verba fide.  
Hec numero restricta sat est retulisse Latino;  
Ponere Romani carminis apta modis.  
Tunc ego & antiquos vates superare videbor;  
Tunc ego quos florens nunc quoque cingit honor.  
Non amo laudari, quod vel mage dulcia singam,  
Vel magis exacto compositione gradu,  
Dum fidus que tu cecinisti sensa reponam,  
Non melius priscis, at meliora canam.

A 9

Quis

Quidquid & in nobis contingat fortè placero,  
 Id totum volumus muneris esse tui.  
 Non deerit, nostros qui versus culpet inertes;  
 In me surget edax inuidia &qz furor.  
 Et quibus antiqua est tantum laudata vetustas,  
 Aut procul à patrio gloria nata solo:  
 Fabula quo sive iuuat, laus vel male sita tyranni  
 Indigni, atque alio non relegenda die.  
 In me quisquis erit, quidquid liber ingerat, ipse  
 Excipiam tacitus, compositusqz feram:  
 Dum modò quæ inculto carpat mihi redditâ versu:  
 Is tua dicta auidus proficiensqz legat.  
 Si legere hæc nolit propter me, actangere uitet  
 Arduus ascito quisque supercilios:  
 At leget hæc comitum mitissima turma tuorum  
 Iessiades, & grex audiet ipse tuus:  
 Quæsis Rex, vel pastor, quocumqz & cultus amictu:  
 Murice, vel pingui vellere, diligeris.  
 Vos etiam Coreh pueri lectissima proles,  
 Quæsis dedit arcano concinere ore Deus:  
 Inter vestra lyram nesperrite & organa nostram.  
 Quæ cupit in vestros grata venire sinus.  
 Hæc postrema strepet, sensu tamen apta fideli,  
 Attendens vestras excipiensqz notas.  
 Quam si prima minus dignentur & atria fano  
 Proxima, sublimes quo decet ire sonos:  
 Accinat è medio quo surgunt pulpita muro:  
 Audire hanc populus possit ut ipse pius.  
 Parcite ad extremas illam remouere profani.  
 Impuriqz gregis complicitiqz fore.

## DE DIVINORVM NOMINVM vsl & interpretatione.

**A**NN E ego (quanquam senior sacerdos  
 Templa præstantis celebrare Chrtisti  
 Suetus, arcana repetam frequenter  
 Voluere chartas)

Au-